



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

Autor Lectori Beneuolo S.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

Autor Lectori Beneuolo S.

Heres opinor, in frontispicio, Amice Lector, & hac duo, quae ego olim mecum, tu tecum nunc reputas. Quis scopus? & cui bono? Placet: siste ergo tantisper, audies. Primum, quo sagittam, calamum, inquam, collineem rogas? Scripturae loca, quae certas temporum Notationes exhibent, mihi suscepi pertractanda, eo ordine, quo in sacris Biblijs occurrent, ea ferè methodo, qua Scholæ Theologicae uti solent. Minus impedita breuibus Notis expediã: quae maius negotium facessunt, euoluam operosius, Quaestionibus propositis. Discutiam auctorum placita, probabiliorem sententiam obfirmabo, aduersariorum argumenta diluam: res alias negligam, nisi cum ad propositum facere videbuntur. Spero autem tribus me libris Chronologiam omnem sacram, Deo propitio, absoluturum, quorum Primus Pentateuchum: Alter Iosue, Iudicum, Ruth, 4. Regum, 2. Paralip. Esdrae & Nehemiae: Tertius Tobiae, Iudith, Esther, Prophetarum, Maiorum & Minorum, ac denique duos Machabaeorum Libros persequitur. Tabula vero annorum, praesertim expansorum, si uspiam, maxime post Pentateuchum vsui erunt. Verum ista pluribus in Praefatione ad Synopsin.

Cui hac bono; praesertim post tot alios? hoc te alterum paucis volebam. Si Theologo expendenda non est sacra

Chro-

Chronologia: cur eam nobis Spiritus sanctus, & quidem
obscurè tradidit? cur in ea illustranda, tot Schola & Ec-
clesia lumina nervos calamosque contenderunt? Quid a-
ges, si Sectarij in te conuolent? si ut in Bibliorum nodis in-
tricandis triumphant, Temporum tricas, quasi laqueos
inijciant, & capto insultent? Quam velles Notas sana
Chronologiae & Quaestiones omnes euoluisse! Atqui id
poteris hic assequi, breui compendio, exiguo sumptu. Nam
ne longum laborem & precia tum rei, tum temporis con-
querare, ea qua alij numero & opinionibus diuersissimi,
ingentibus disputationibus, pluribus voluminibus com-
plicuere, tuo bono, breuiter explicare studui. Vtrum felici-
ter sim istud affecutus; tu legendo facile experieris: ani-
mum saltem meum a qui boniq; consules, nemini in via fu-
turus sum noxa; siquidem non digladiandi, sed veritatis
indaganda studio, in hanc me arenam contuli, paratus
prudendum iudicio dirigi, si quis me nolentem error à me-
ta longius abduxerit. Nonui breuiter qua volebas, uti
volebam: nunc è frontispicio, ex quo te propuli, in a-
trium intimosque lares subi, si placet, & bene
vine, ac vale.

de (***) de

NOTA